Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26158
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dns. Tribulo et angustia inue
nerunt me. Virum iustum ma. ca.
in. Non uisitabo cum fornicate
fuerint. Virga t. et bacl's t. ipa
me consolas. Pedes meos a lap
sum. Tres partes in hoie. cap.
cor. pes. supprimum. medium. infimum.
Cap. liberum arbitrium. cor consilium. pes car
nale desiderium. siue sensualitas.
Nam in hoie nichil sublimius libero
arbitrio. et ideo capite designatur.
Nil utilius consilio. nil inferius car
nali desiderio. Ideo pedibus designatur.
Nil melius libero arbitrio. Nam
habet imaginem eternitatis. et diem
maiestatis. Eternitatis quia nulla
culpa vel miseria destitui potest.
Diem maiestatis. quia sicut creator non
habet superiorem. sic liberum arbitrium in
hoie. De consilio dicitur. Ego inquit ha
bito in consilio. i. in corde. Et hoc.
Beatus homo qui inuenit sapientiam. et hoc.
Preciosior cunctis est operibus sapientia.
pax dei. et pax mundi. Pax dei. pax mundi. pax dei
in tranquillitate mentis. in gaudio
contemplationis. Pax mundi in tran
quillitate temporalium. in sanitate
corporum. Ecclesia dicitur esse catholica
cur ecclesia dicatur catholica. propter tria. Propter fidei communitatem.
propter dilectionem communem. propter sacramentorum
communionem. De his dicit apostolus.
Una fides. unus spiritus. unum bap
tismum.
fides. Credidi. Propter quod locutus sum.
Quadruplici de causa

non confitetur quis ore. quod habet in corde.
Propter timorem. ut Petrus qui intus
fidem christi tenebat. quam non ore confessus est.
Propter impotentiam vel infirmi
tatem. Unde ieremias. a. a. a. domine
deus. puer ego sum. Et nescio loqui.
Propter negligentiam ut ille qui abscon
dit in terra talentum sibi commissum.
Propter cautiatam conscientiam. Unde hoc.
Iniquitas opilabit os suum. Talis
non est qui dicit. Credidi propter quod locutus sum.
Nota. fides debet esse fidelis. et fir
ma. integra. et inuiolata. Unde hoc. qualis debeat esse fides.
Quam nisi quisque integram. inuiolatamque
seruauerit. absque dubio in. pi. et
hoc. Quam nisi quisque fideliter fir
mitque. s. etc. Integra quo ad factorum
et articulorum plenitudinem. Nam fi
des sine operibus mortua est. et debet
credere omnes articulos fidei. Inuio
lata quantum ad errorem. et heresum ui
tationem. ut non sit adulteria. sed cas
ta. Unde hoc. Virginitas mentis
fides est incorrupta. fidelis per obe
dientiam firma per certitudinem.
Omnis homo mendax in natura. in
animo. in verbo. Excessus mentis. fit
tribus modis. Nam mentis dilatione. dila
tione. subleuatione. mentis aliena
tione. Dilatione. quando mentis acies
latius diffunditur. Et tamen modum huma
ne industrie non superguditur. Suble
uatione. quando intelligentie uiua
citas. dei gratia illustrata. huma
ne industrie metas excedit.